UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Marone Eutycete et Victorino martyribus. Cap[itulum]. liiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

fratrē ꝯuertiſſet ad xp̄m: vt in eius paſſione di
cet̄ infra .x. kalen. decēbris. Tyburtiꝰ ⁊ valeria-
nus elemoſynis inſiſtebāt ⁊ corpa martyrū ſe-
pulture tradebāt. Quos almachiꝰ tētos ſibiq̄ꝫ
p̄ſentatos interrogabat: cur facultates ſuas vi
libꝰ pſonis exhibebāt: ⁊ ꝓ ſuis ſceleribꝰ dāna-
tos ſepeliebāt. Cui cū tyburtius rn̄deret: ꝙ op
tabāt illoꝝ ſuos fieri: q̄s ille dānatos appella-
bat. Et multa alia de gl'ia future vite dixiſſet:
tyburtiū amoueri fecit: ⁊ valerianū applicans
ad ſacrificia deoꝝ inuitauit. Ille v̄o ſe vni deo
ſacrificare dicebat: cuius nomē exp̄imere nemo
poterat. Iouē v̄o adulterū ⁊ homicidā aſſere-
bat: quē almachiꝰ fuſtigari iuſſit. deinde ꝯ eos
ſentētiā tulit: vt ad pagū iouis adducti ſi ſacri
ficare ꝯtēnerēt capite cederentur: tradēs eos
maximo corniculario vt ſn̄iam exeq̄ret. Qui cum
eos duceret quaſi illis ꝯpatiēs lamētabat̄: cur
ambo germani vitā ꝯtēnentes ad mortē q̄ſi ad
epulas feſtinarēt. Tiburtiꝰ g̊ ⁊ valerianꝰ cepe-
rūt ei future vite penas ⁊ gloriā reſerare: ꝓmit
tētes maximo ꝙ ſi ſe purificari ꝑmitteret: in ho-
ra decollatiōis cerneret: cū q̄nta gl'ia eoꝝ aīe vi
tā futurā ſuſciperēt. Maximꝰ g̊ a carnificibus
obtinuit: vt ſcti martyres ad domū ipiꝰ in cuſto
dia ducerent̄: et in craſtinū decollādi ſeruarent̄:
vbi tyburtiꝰ ⁊ valerianꝰ adducti maximū ī fide
erudierūt: ⁊ mittētes ꝓ vrbano papa ⁊ ꝑ cecilia
ipm baptizari fecerūt: totāq̄ꝫ noctē in fidei ſer
monibꝰ deduxerūt: factoq̄ꝫ mane ſcti martyres
a cecilia ꝯfortati extra vrbē ad iouis pagū q̄r-
to ab vrbe miliario deducunt̄: ⁊ ſacrificare no-
lētes gladio feriunt̄. Tūc maximꝰ adiuratꝰ dice
bat: ꝙ viderat angelos pre ſole fulgētes aīaſq̄ꝫ
ſanctoꝝ de corporibꝰ quaſi ſponſas de thalamo
egreſſas in gremio ſuſcipiētes ⁊ ad celos cum
gloria deferētes: q̄ cū carnificibꝰ narraſſet: plu
rimi crediderūt. Quod cū almachio nūciatum
fuiſſet: iuſſit maximū cū oībus qui crediderant
in eodē loco tādiu plūbatis cedi quouſq̄ꝫ ſpiri-
tum excuterēt. Quorum omniū corpora ſancta
cecilia ſepeliuit .xviij. kalen. maij.

¶ De ſancto Maximo ep̄o. Cap. lij.

MAximꝰ ep̄s ꝯſtantino
politanꝰ t̄pe gratiani impatoris flo-
ruit: q̄ vir inſignis p̄conij ſanctitatis
⁊ doctrine. Inter cetera ipiꝰ memo-
randa aduerſus arriū nobile volumē ꝓ fide no
ſtra ꝯpoſuit: quod p̄fato p̄ncipi apud mediola
nū obtulit: ⁊ clarus virtutibus in dn̄o quieuit.
Hec Hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis Olympiade ⁊ Maximo
martyribus. Cap. liij.

OLympias et maximꝰ
martyres paſſi ſunt ſub decio ceſa-
re in cordula ciuitate pſarum. Qui
cū tenuiſſet ſctōs regulos abdon
⁊ ſennē traditi ſunt eidē: iſti nobiles viri pſa-
rū: eo ꝙ eſſent xp̄iani. Quos deciꝰ p̄mo ſine au
diētia fuſtibꝰ cedi iuſſit. Deide cū eis diceret vt
facultates ſuas ꝓderēt: illiq̄ꝫ aurū ⁊ argentum
eoꝝ xp̄m eē dixiſſent. Iterū eos fuſtigari māda
uit: donec verberātes deficerēt. Et poſt h̄ xp̄m
ꝯſtātius ꝯfitētes plūbatis cedi fecit: ⁊ ſubſe
quenter in equuleo leuari: ac in lectis ferreis
prunis ſubterſtratis extēdi. Et cū hec oīa ſupe
raſſent tradidit eos vitellio aniſio vicario ſuo.
Qui nō ꝯſentiētes ſacrificare dijs paganoꝝ:
quos demonia aſſerebāt: iuſſit ſecuribꝰ eoꝝ ca-
pita tādiu ꝯtundi: donec ſpm̄ emiſerunt. Cor-
pora v̄o ipoꝝ canibꝰ expoſita q̄nq̄ꝫ diebꝰ ab illis
ꝑmanſerūt intacta. Sed poſtmodū a quibuſdā
xp̄ianis de genere abdon ⁊ collecta ſunt ⁊ in do
mo dictorum martyrū in ipſa ciuitate ſepulta.
Qui paſſi ſunt .xviij. kalen. maij.

¶ De ſanctis Marone Eutycete et Vi-
ctorino martyribus. Cap. liiij.

MAro eutyces ⁊ victo
rinꝰ martyres ſanctā virginē fla
uiā domitillā neptē domitiani
auguſti: ⁊ ſpōſam aureliani filij
ꝯſulis vna cū eius eunuchis cu
biculariis .ſ. nereo ⁊ archileo in
fide xp̄i inſtruxerūt: ⁊ ad baptiſmatis gratiam
ꝑduxerūt. Poſtq̄ ergo nereus ⁊ archileꝰ a p̄di-
cto aureliano martyrizati fuerūt: vt in eoꝝ paſ-
ſione .iiij. idus maij dicet̄: maro eutyces ⁊ victo
rinꝰ apud eundē aurelianū accuſati ſunt: ꝙ ma
iorē cū eis familiaritatē haberet ipa v̄go: q̄ cū
nereo ⁊ archileo habuiſſet: eo ꝙ ipā in xp̄m cre
dere docuiſſent. Quapropter īpetrauit aurelia
nus ab impatore: vt p̄dicti viri ducerent̄ ad exi
liū in inſulā pōtiānā: vbi cū dudū fuiſſent cum
beata flauia domitilla. Inde poſtmodū educti:
aureliano comiti in ſeruiturē traditi ſunt. Quos
ille vti ſuos ꝑ ſua p̄dia diuiſit vt terrā colerēt.
Eutycetē q̄dē miliario ab vrbe .xvi. via numē-
tana: victorinū .lx. via ſalaria: ⁊ maronē .xxx. ea-
dē via. Ex quibꝰ eutyces filiā ꝯductoris ſui ve-
ratā ab imūdo ſpū liberauit: victorinꝰ loci vice-
dn̄m paralyticū ſanauit: maro curatorē ciuitat̄
ſeptēpedis ab hydropiſi eripuit. Que dn̄ aure
lianꝰ audiſſet miſſis famulis eutycetē ī media
via vſq̄ꝫ ad mortē cedi fecit: vbi ⁊ a xp̄ianis ſe-
pultus eſt. victorinꝰ aūt ipſius dn̄i ſui mādato
apud cecilias vbi ſulphuree aq̄ emanāt: capite
deorſū ī eiſdē aq̄s triduo ſuſpēſus expirauit.
In amiternina ciuitate ſepultꝰ: maro v̄o cū ſa-
xū grāde qd̄ vix .lxx. hoīes pēſare potuerūt: in
hūeris facil'r q̄ſi paleas deportaſſet ad duo mi
liaria: ibidē capite ceſus ē. Et in eodē ſaxo cor
pus ipius a fidelibꝰ: q̄ viſo miracl'o crediderāt
recōditū ē. Hoꝝ paſſio .xvij. kal'. maij celebrat̄.

¶ De ſanctis Caliſto ⁊ Cariſio ⁊ ſocijs
martyribus. Cap. lv.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN